



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Per Bullam Cruciatæ & Iubilæi non derogatur privilegiis & regulis.

GREGORIUS XIII. die 29. Octobris 1584. Vivæ vocis oraculo declaravit, mentis suæ non esse, ut per Bullas Cruciatæ, aut Iubilæorum, vel alias similes concessiones, sub quacumque derogatione aut tenore, etiamsi in eis dicatur, quacumque prohibitione sublatâ, vel etiam Vivæ voc. orac. Pœnitentiariis S. Petri, aut quibusvis aliis hæctenus factas, vel in posterum faciendas, censeatur derogatum privilegiis, regulis, aut ordinationibus Societatis, præcipuè verò indulto illi per eundem Gregorium XIII. die 3. Maji 1575. concessio, scilicet nè personis Societatis, absque expressa Superiorum eorundem licentia, ut liceat facultatibus in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut aliis quibusvis Apostolicis indultis, quomodocumque hæctenus concessis, & imposterum concedendis. Declaravit præterea, posse Superiorem, dum hujusmodi licentiam concedit, limitare eam ad usum unius aut alterius facultatis, & prohibere usum reliquarum, etiam eadem Bullâ aut indulto contentarum. In Vivæ voc. oracul. fol.

134.



HABITUS.

F 7

Qua-

Nam
atum

M

M

c.

nera-
bique
Insti-
utio-
um,
vetu-
is fa-
ctis,
isque
vigo-
n ad
per
odo-
Ge

Per

Qualis habitus Societatis.

Acerdotes Societatis, quod ad habitum pertinet, honorum Sacerdotum communem, & approbatum usum sequentur. Julius III. pag. 20.



HÆRETICI.

Facultas in terris hæreticorum, &c. commorandi.



Essunt Nostri in excommunicatorum, & hæreticorum vel schismaticorum, seu infidelium terris liberè commorari, & cum eisdem conversari (de licentia tamen Præpositi Generalis) & ab eis tunc, etiam quando per ipsas illos transire contigerit, necessaria vitæ deprecere ac recipere. Paulus III. pag. 12.

Omnes hoc privilegio uti poterunt.

Vide quæ habentur verbo *Absolutio* §. 3. & 4. adjunctis iis, quæ ad verbum *Bulla Cœna* dicuntur. Vide etiam & quæ habentur verbo *Inquisitor hæreticæ pravitatis*.

HOMI-